precõsissimi seminis · Secundo
loca diuersa in quibus hoc se
men cecidit · que loca multum
inequaliter sunt disposita ad
suscipiendum hoc semen ibi · et
dum seminat ꝛ cetera · Tercio
de semine bono ꝛ fructu eius
ibi · ꝛ aliud cecidit in terram bo
nam · In his tribus applicabo
interpretacõnem cuiuslibet se
cundum exposicõnem cristi in
litera posita · In primo quia ad
semen recipiendum requiritur
auiditas ꝛ desiderium recipien
ciũ · Ideo premittitur · Cũ turba
plurima conuenirent ꝛ de ciui
tatibus properarẽt ad ihesum · s ·
vt audirent verbum dĩ seu ad
sanandum vt infirmi · seu ad re
ficiendum vt pauperes ꝛ fame
lici · Vnde colligimus xp̃m fuis
se dulcem ꝛ affabilem in suo ser
mone · ita vt etiam paruuli nõ
verebantur ad eum accedere ·
sicut testatur euangelista · quos
apostoli remouere volebãt pro
pter reuerentiam eius quibus
ip̃e dixit · Sinite puulos ad me
venire · talium est enim regnũ
celorum · Vñ populus simplex
et innocens videns eius sancti
tatem in vita ꝛ veritatem i do
ctrina · ac virtutem in miracu
lis exibant de ciuitatibus · ad si
gnificandum qui vult saluari
et semen dei in corde recipe fru
ctuose a vanitatibus ꝛ tumul

tibus debet se alienare · dicẽte
Dauid · vidi iniquitatem ꝛ cõ
tradictõnem in ciuitate super
muros eius iniquitas ꝛ dolꝰ ·
His simplicibus dixit per simi
litudinez vt essent capaces do
ctrine ex quotidiana rerum ex
pientia · ꝛ vt occasionem querẽ
di ꝛ se exercitandi in verbo dei
eis daret · ꝛ fuit consuetudo in
palestinis loquendi in parabo
lis · vel vt malis ꝛ indignis ve
ritas doctrine celaretur · Et po
stea dicit · vt videntes non vi
deant · quia non sunt margari
te proiciẽde ante porcos · Exijt
qui seminat scilicet dei filius · q̊
de sinu patris exiuit in hũc mũ
dum · Iohannis decimosexto ·
Exiui a patre ꝛ veni in mũdũ ·
Item exiuit de vtero virginis ·
ipse tanq̃z sponsus procedens
de thalamo suo · Tercio exiuit
extra portam ciuitatis hierusa
lem baiulans sibi crucem ad
locum caluarie ꝛc · Item exiuit
de mundo ascendit in celum ·
Seminat nõ sibi sed alijs · In q̊
reprehenduntur semina pro se
solum reseruantes sine aliorũ
vtilitate · Vnde dicit Sapiens ·
Sapientia abscondita ꝛ thesau
rus inuisus que vtilitas in v
trisq3 est · Talis enim maledici
tur in populo · non propter se
solum talia semina sunt collata
alicui vt patet i pabola de lij ·

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-510/0077
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG